



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 101. Tornacum Volsi suasu ab Anglo Gallis restitutum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

centem urbem Franciæ reddendam inclinaturus esset.

Sæcul. XVI.
A.C. 1518.

§. CI.

Tornacum Volsei suasu ab Anglo Gallis restitutum.

Igitur Volseus blanditiis, promissis, ac Francisci I. Regis muneribus expugnatus, animum sententiamque mutavit, cumque paulo ante unice intentus esset, ut Regi suo persuaderet, quod ad Regis, Regniq̄ue amplitudinem nil utilius esset, quam urbem hanc tueri, utpote maximi momenti locum, ac perenne victoriarum, quas de Gallis retulisset, monumentum: mox tamen Gallici auri vis Volsei mentem, linguamque adeo mutavit, ut Henrico auctor esset, quod hæc ipsa urbs Regno inutilis foret, cum præsidii expensæ longe superarent cunctas futuri emolumentum spes, proin longe magis expediret, illam Galliarum Regi instanter supplicanti, quam Hispaniæ Regi forte eam armis vindicanti relinquere: hac occasione, inquit Volseus utendum censeo ad ingentem auri summam a Tornacensibus extorquendam; aliunde autem urbs utpote Caleto nimis distans, prima quavis dissensione inter utrumque Regem exorta, abs dubio in hostium manus veniet, cum tamen ex adverso hac liber-

Sæcul. XVI liberalitate Angliæ Rex sibi Galli potentif-
A. C. 1518. simi amici præsidium conciliare possit;
 eo potissimum nomine, quod ipsemet
 Franciæ Rex, ut Anglorum amicitiam
 sibi certam redderet, ac indissolubili vin-
 culo firmaret, jam prior proposuisset nu-
 ptias Delphini filii sui cum Margarita
 unica Henrici Filia. Hæc rationum mo-
 menta prævalebant Tornacum servandæ
 desiderio, unde Angliæ Rex cunctis sibi
 a Cardinale propositis suffragatus est,
 hancque ob rem nil reliquum erat, quam
 ut de restitutionis negotio tractaretur,
 quod idem nondum evoluta sexta hebdo-
 moda plane perfectum erat.

§. CII.

*Galliarum Regis Legatio ad Angliæ
Regem.*

*Neufville
Villeroy.*

Ergo Rex Franciæ Stephanum Ponche-
 rum Parisiensem Episcopum, & Ni-
 colaum Novavillam Villæregiæ Topar-
 cham, Statusque Secretarium Londi-
 num ablegavit, qui cum Bonniveto Ad-
 mirale jam ibidem agente operam junge-
 ret, & negotium ad exitum deduceret.
 Data est insuper ambobus plena auctori-
 tas, qua non modo inter ambos Reges
 pristinæ amicitiae foedera innovare pos-
 sent, sed etiam armorum societatem eri-
 gere valerent cum summo Pontifice, aliis-
 que